

§ 37	<u>Andreas, rex</u> Ungariorum, <u>cum prius pacem pactumque per legatos cum Heinricho rege confirmasset, sororem eius minorem filio suo</u> Salomoni, <u>adhuc puero, sponsam obtinuit.</u>	Andreas Pannoniae rex, cum prius pacem pactumque per legatos cum Henrico rege confirmasset, etiam sororem eius minorem filio suo adhuc puero sponsam obtinuit.	IIII. <u>Andreas</u> Pannonie <u>rex, cum prius pacem pactumque per legatos confirmasset cum Heinricho rege, sororem eius minorem</u> Iuditam <u>filio suo Salomoni adhuc puero sponsam obtinuit.</u>
§ 38			Fridericus et fratres eius de Glichberga Heinricho regi rebellant et postea illi ad deditionem veniunt.
§ 39	<u>ĪLX. Heinrichus, rex Gallie, obiit et Philippus, filius eius, adhuc puer, regnum cum matre gubernandum suscepit.</u>	MLX. Henricus Galliarum rex obiit, et filius eius adhuc puer regnum cum matre gubernandum suscepit.	<u>MLX. Heinrichus Galliarum rex obiit, et filius eius Philippus adhuc puer regnum cum matre gubernandum suscepit.</u>
§ 40	<u>Luipaldus, Maguntinum archiepiscopus, decessit. Cui Sigefridus, Fuldensis abbas, successit.</u>	Liudpaldus Mogontiensis archiepiscopus decessit, cui Sigefridus Fuldis abbas successit.	<u>Luppaldus Mogontinus archiepiscopus obiit, cui Sigifridus abbas Fuldensis successit.</u>
§ 41	<u>Conradus, Nemetensis episcopus, moritur. In cuius locum Einhart</u> successit.	Conradus Nemetensis episcopus moritur, in cuius locum Einhardus promovetur.	<u>Cunradus Nemetensis episcopus obiit, in cuius locum Einhardus</u> Augustensis prepositus substituitur.
§ 42	<u>Mahthild, soror regis, uxor Rūdolphi ducis, obiit.</u>	Mathildas, soror regis, obiit.	V. <u>Mahthilt, uxor ducis Ruodolfi, obiit.</u> {folgt § 44 C}